



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 13. A lingua mortis periculum pe[n]dere docetur exemplis sacræ  
scripturæ, & Pittaci Philosophi.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

ravit mihi quisquam, omnes maledicunt mihi. Utinam ad huiusmodi rixas multi vterentur lingua sua, ad religionem Christianorum, quã Iudæi sectam vocarunt, cui ubiq; Actor. 28. 22. contradicitur, defendendam. Ad quem finem quòd uti lingua sua debeant prophetae & concionatores docetur infrà capite 57. numero 2.

Sextò recenset D. Paulus multa simul scandala 2. Cor. 12. 10. Contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractio- nes, susurrationses, inflationes, seditiones. De quibus vide latiùs in Thesauro nostro Biblico, in singulorum titulis.

Scandala  
multa.

## CAPVT XIII.

*A lingua mortis periculum pendere docetur  
exemplis sacrae scripturae, & Pitagorae  
taci Philosophi.*

**N**Vnc videamus vno aut altero exemplo in medium adducto,

Mors.  
Maria

Core,  
Dathan,  
Abiron.

ducto, quid mali pariat linguæ licentia. Maria soror Moyfi, cur lepra quasi mortua percussa? Num. 12. 8. 9. 10. Nunquid ex linguæ licentia, cùm teste Domino non timuit detrahere seruo Dei Moyfi? Core, Dathan & Abiron, quare vivos deglutiuit terra. Et descendunt in infernum viuentes? Num. 16. 30. Nunquid quia ex iinguæ licentia, cùm vers. 3. steterunt aduersum Moysen, & Aaron, dicentes: *Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: cur eleuamini super populum Domini?* Semei filius Gera cur iussu Salomonis interfectus perijt? nunquid ex linguæ licentia, qua Dauidem, Absoloné filium suum fugientem maledictis incessit, dicē: 2. Reg. 16. 7. *Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial?* Quem licet Dauid non sit passus ab Abisai filio Saruix, ibidem ver. 9. interi-

mi : eius tamen linguæ petulantiam Salomon morte vindicadam censuit , eumq; vt est 3. Reg. 2. 46. per Banaïam filium Ioiadæ trucidari fecit. Et id rectè quidem, quòd parens eius ob mansuetudinem vlcisci noluit, filius vt sapientissimus iudex iustitiæ gladio punire voluit, cùm contra legem Exod. 22. 28. datam, *Principi populi tui non maledices*, ex Diametro egerit. Etc. 21. 16. *Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur.* Et demum quòd grauiùs est talibus, non temporalis tantùm mors, sed sempiterna maneat. Maledici enim, à regno cœlorum. 1. Cor. 6. 10. arcebuntur. Atq; ita lingua nequam, nulli quàm sibi metipsi pernitiosior; similes enim qui illa deprauantur sunt viperæ quæ adhæsit quidem manui S. Pauli Actor. cap. 28. 3. at illi nihil nocumenti attulit, sed sibi metipsi soli, cùm

Mors  
eter-  
na per  
linguã

Lingua  
ne  
mini  
quàm  
sibi per  
nitio-  
sior ex  
emplo  
viperæ

*Iudæi  
quàm  
pluri-  
mi ob  
eam  
occisi.*

ab eo ex manibus in ignem excusa, igne consumpta fuit; ita lingua nequam tandem cum epulonis diuitis Luc. 16. 14. lingua, æstuantis gehennæ incendijs torquebitur. Quid comemorem infinitam Iudæorum multitudinem, quæ in deserto corruit, linguæ nimia licentia? cùm terræ promissionis vt toto ferè capite 14. libri Numeri videre est, detraxit, maximè ver. 24. 30. 38. ita vt ex sexcentis tribus millibus trecentis & quinquaginta, à viginti annis & suprâ Exod. 38. 26. Num. 1. 45. demptis & sacerdotibus nullus illorum nisi Iosue, & Caleph terram promissionis aut ingressus est, aut ingredi debuerit. Plura vide infrâ capit. 14. numer. 3. vnde manifestissimum est quòd præcedenti capite ex Prouerb. 18. 21. diximus. *Mors & vita in manu linguæ.* Hinc Anacharsis interrogatus, quid esset

*Ana-  
charsis  
de lin-*

in homine pessimum, & quid optimum? respondit, lingua. sentiens idem membrum plurimum prodesse, si recta ratione gubernetur, obesse verò si secus. vnde & Poëta quidam Christianus.

*Nil melius lingua, lingua nil peius eadem.*

*Nobile lingua bonum, quæ fari in tēpore nouit.*

*Est tibi lingua malum, si fari in tempore nescit.*

*Lingua bonū eximium fuerit, si pauca loquaris.*

*Siq; modum seruas, dicetur lingua venusta.*

Cui & id conuenit quòd de lingua censuit Pittacus inter septem Græciæ sapientes clarissimus. Hic enim ab Amase rege Aegypti immolatitia pecude donatus, ea lege vt inde partē quam videret pessimam, aliamq; quam existimaret optimam, ex eadem hostia remitterent regi (qui duas dissimilimas partes se recepturum expectabat) non duas discrepantes partes: verum vnicam exactam linguam misit, significans, in homine bona lingua nihil esse melius, mala nihil

gua iudiciū quòd optima sit & pessima.

Pittacici simile de lingua iudicium.

esse

*Salamandra  
similes  
malorum  
linguae*

esse nocentius. Est enim malorum lingua similis Salamandræ, de qua referunt Philosophi, quod quando pomum ascendit, omnes fructus eius iaculo suo pūgat, atq; inficiat. Ita Vincentius lib. tertio specul. moral. distinct. 3. parte prima fol. 146. Quomodo verò morte apud Persas afficiantur, qui silentium non custodiunt, dicemus capite vigesimo sexto, numero 4.

#### CAPVT XIV.

*Loquacium os & lingua est sagitta vulnerans, que & scurrilitate plena, sentiet mala, & more sepulchrorum fœtore redundat.*

*Sagitta  
vulnerans*

**P**Rimum est, quòd os illorum sit sagitta vulnerans, de qua Dominus grauissimè apud Ieremiã cap. 9. 8. & cum lamento queritur, cùm ait. *Sagitta vulnerans, lingua eorum, in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei in-*